

**C**Philippi Cheurèri; oratoris Sabaudieq; presidis ad Inno-  
 centium Octauū pontificem Maximū oratio.  
 Um beatissime pater marmis tui folij dignitatē: tum fir-  
 mularēs ⁊ prope diuinas culminis tui laudes dotēsque cō-  
 templor: pauēo quidē: verissimūq; id vulgatum experior: an-  
 cept atq; grande periculum subire: qui se vnū alijs tacentibus:  
 p̄bet audientiū: presertim cum tuam apud Sanctitatē hoc in-  
 loco non nisi viri graues ⁊ docti consilio ⁊ etate orare cōsueue-  
 rint: quorū vestigia si diligenter intueor: ademptā mibi dicēdi  
 facultatem: occupatūq; omni ex parte orationis locum inspicio.  
 Pictēres: si altissimū huic thionum viuis margaritarū lineis  
 fulgentibusq; gemis ornatum animaduerto: humanā dei p̄-  
 sentiam: Platonēs: Ciceronēs: conuentūq; regū videre mihi  
 rideo: quas ob res obmutescere potius q̄m fieri mihi ipsi meri-  
 to p̄suasissimē. Et eo magis q̄s auditurus sis hōiem quidē nō  
 facundū: nō suauem: sed crasso in aere natū: inculcāq; ora-  
 tione colam in cōspectū diuini vultus tui tantorūq; principū  
 oculis sonantem ⁊ pioferentē. Sed mei principis Illustrissimū  
 artatus imperio: debitū fidelitatis exoluens: sarcinam tuā  
 p̄ dignitate humeris meis longē imp̄trem deponere cogor.  
 Te igit̄ clementissime pater per amplissimā tui generis nobi-  
 litatem: propagationem: familiā clientelās: atq; tandem p̄ om-  
 niū claritatem virtutū: quibus a cunabulis educatus tanq̄  
 lucidissimū sydus hoc in altissimo p̄rificatus solio oculis no-  
 stris his dieb; apparuisti: Inuoco: obtestor: atq; implozo: ut in-  
 mensos tuę potētie fines: tauri p̄incipis tum ortū: genus: ⁊  
 proauos: tum decursū tempōis in orthodoxam fidem bene me-  
 rita inspiciens: de quorū singulis pauca pro rerū dignitate p̄-  
 curram: quam tandē reddituri ⁊ enimus obediētīā gratante  
 admittas. Sed qd̄ p̄mo balbutiens dicā: qui toties inter sacra-  
 missarum solēnia id ad Petrū accepi veritatis eloquiū: Pasce  
 oues meas. Illud etiam: Quodcūq; ligaueris super terrā erit

J  
 Ven tu  
 sim no  
 libro de  
 y Silvio  
 my la  
 esta tra  
 cada nos  
 folioy.

1587  
ligatū ⁊ in celis. Et al's iuri pontificio vacās: cum possis equa  
re rotunda quadratis: sacrilegū esse de tuę potestatis viribus  
disputare. Cui propitiū: Ego occidam ⁊ ego viuere faciā percu  
tiam ⁊ sanabo. O hūmāns certe q̄ narranda magis hęc tōtōs  
riorum potestas humanus diuins dextera ⁊ itam: sin infra pro  
pinat ⁊ mortem: Utinā deus siue parens (ut ita dicam) rerum  
omniū natura me tanti mysterij discipulum suditozemq; poti  
us q̄ prolatozem effecisset. Sed postq̄ actum est: quid tā te po  
testatis sibi vult narratio: quid insulsam iuuat orationē: qua  
le tandem mercatur talentū? Certe post numero plures mysti  
cos sensus hoc vnū: ut equalem admirtāq; potē ię secum ferat  
humanitatem: qua potens multusq; ad ignoscendū recte iudi  
caris: qua etiā pusillum sicut ⁊ grandem recipis. Dominantiū  
tñ in reliquis qualitate salua: inter quos meū principem serene  
nissimū non in mediozem ut habeas velim. Cuius exordium nō  
minus q̄ illis Saxon ię principibus illust rissimis ortum est: a  
quibus septingentesimo suę dignitatis anno: si scripturis com  
mentarijsq; credimus: tres in lucem prodierunt Ottonēs: qui  
apud Germanos priū in apicem impatorię maiestatis assu  
pti: virtutū prodigijs emicantes. Ipsorū secundus ⁊ dur ⁊ im  
perator humane fragilitatis debitaq; nature soluens: Ottonēs  
Frēdericum: Henricū: atq; Bertoldum: tanto principe dignam  
propaginē suę posteritati reliquit. Sic Bertoldus aīo plenus  
⁊ armis stigmatū sanguinisq; iure aquilę ferens: prim⁹ Sab  
audię partes incoluit ⁊ possedit. A quo bellis q̄ multiplicibus  
in Sueuos p̄spere gestis: tot tātiq; prodiere comites atq; Sab  
audię duces clarissimi: ut omnibus palam sit equū illum Ene  
um Grecoꝝ bello: templo Palladis oblatum nō plures partu  
rissse strenuitatis sut magnanimitatis viros. Horum pleriq;  
nō luxu: voluptati sut ignauie: nō deniq; inter ceteras animi  
pestes dignissima ipsorū corpora laxanda putauerūt: sed christi  
ana pro fide pugnātes: patria: liberis: ⁊ omni quiete relicta: in  
Barbaras exterasq; nationes humanis excesserunt rebus. Alijs

fidei scuto muniti: tumentes atq; in domitos pelagi fluctus sul-  
 cantes: Saldani regisq; Turcoꝝ apud Rhedicos obsidiōe pul-  
 sa: aquilam armoꝝ tipario tunc vsq; delatam in victorię premi-  
 um: quanta illoꝝ gloria fieri potuit: in crucē albam verterunt.  
 quę victricibꝫ armis quesita rubicūdoq; satā campo: inter chri-  
 stianę religionis pncipes vna: in hos vsq; dies penetravit atq;  
 resulsit. Alij Gręcoꝝ imperatoꝝ hostium fidei vinculis deten-  
 tum: ipsorumq; potentia liberatū: purgatis ab eo Gręcoꝝ erro-  
 ribus: apostolicę Sanctitati parere coegerūt. Alij ecclesie veril-  
 lum amplexi Clementis Quarti tempore scismaticos rebelles  
 illiq; aduersantes domuerunt. Quid plura? Si sortia reliquo-  
 rum omniū gesta in hinc vsq; virtutes: quę nulla profecto etas:  
 nullum diutius eū: nulla tandem rebus omnibus dignis ini-  
 mica obliuio delere pōt: mea balbutienti lingua recensere vel-  
 lem: dies me deficeret: hystoriamq; potius q̄ orationē contere-  
 re viderer. Verūtamen karolum principē illustrissimū omniū  
 supra nobilissimū decus: tantiq; progenitoribus dignā sobo-  
 lem: silentio preterire nō possum: qui in tenera a deo etate viri-  
 les iam indutus annos: occupatisq; strēnuoꝝ virtutibus: audi-  
 ta sancta atq; celebri in pontificatu assumptione tua: tanq̄ ru-  
 tilantis phębi lumina tenebras sugantia cunei carminis etatē  
 saturnia regna cęlo te dimissum reducentem: pacisq; sulculos  
 vbiq; serentē videns: imortali deo gratias illico habuit: et egit.  
 nō quia princeps longo sanguine nobilissimāq; stirpe descen-  
 disse: nō quia bonis falsa mortalium opinione sic appellatis q̄  
 affluenter abundaret. sed quia laboranti populo numine quo-  
 da m debitus in hęc vsq; tempora seruatus venisses. Insup hoc  
 ipsum quod suo sanguini generoso hereditariū est sequens de  
 obedientia tibi reddenda q̄ primū censuit agendum. inobedi-  
 entiam sacris initiatus omnino perhorrescens: intelligens per  
 illam in hominū perniciem angelum Cherubin ī deliciarū pa-  
 radiso flāmeum mucronem resacilēq; portantem ad riam li-  
 gni vitę prohibendā custodem fuisse locatum: primūq; parentē

reius posteros paradiso pulsos: omniū vite finem impositumē  
 moriendi necessitatem inductā patrie celestis ianuas clausas:  
 infernalis profundi secūdeq; mortis foueas datas. Et ultra ne  
 tantū inobediētie facinus deleretur: filium dei in morte: usq;  
 subactum: qui ob: diētie semita gradiens secuturis se omnib;  
 restigio relicto hac sola comite celos penetravit. Auctore igit;  
 fidei ducem aspiciens meus p̄nceps serenissimus: omne obediē  
 diēntiam tibi Innocentio Jesu christi vicario: dignissimo nor  
 strum omniū organo exhibet: offert: atq; donat. quas terra mar  
 riq; tenet: p̄uincias: sanctas dei ecclesias: et que in eis sunt. tue  
 beatitudini cōmendans. Quam sūmus rerum opifer: cui nū  
 tu cuncta sub ordine creata sunt: post longa atq; felicia secula  
 sui populi principibus annūmeret.

Habita in consistorio publico Anno dñi. M. cccc. lxxv. quarto  
 calendas Februarias: pontificatus hō Innocentij Octauiani  
 no Primo.

INE  
 7587